Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophiae pars I, Logica, tradita a 1717 in Academia Fryborgensi - Cod. Ettenheim-Münster 230

Weinberger, Albert

[Freiburg], 1717

Quaestio secunda [...]

urn:nbn:de:bsz:31-120382

Visual Library

falsum per se, et vi motivi per se spectati non est per se evidens et vi motivi per se evidens spectati cum est et sic distinctione: falsum per se est, quod re ipsa et semper est tale, falsum per accidens est, quod tantum hic et nunc respectu huius hominis et respectu huius temporis erronee datur.

50 Dices: quod evidentia putativa eodem modo necessitet intellectum quo modo evidentia vera.

R. neg. illatum. Discrimen inter utramque evidentiam est, quod evidentia vero data firmet intellectum, ut non possit ullo motivo superveniente ab assensu dimoveri, quod non facit evidentia putativa; si enim ostendatur fallibilitas, tunc intellectus dimovetur a priori assensu.

51 Obiicitur: tunc intellectus non necessitatur ad assensum in syllogismo probabili: quo neque in evidente.

R. conc. ant. neg. consequentiam disparitas desumitur ex [illegible] utriusque [illegible]

Quaestio 3tia
De Syllogismo in Specie

primum ex syllogismi speciebus locum meretur syllogismus demonstrativus de quo hac quaestione per 3 articulos agemus. Ac in primo quidem de illius natura ac multiplicitate. in 2do de praemissis in 3tio de scio.

Articulus primus
Quid et quotuplex sit demonstratio

16/52 Ex mente Aristotelis definitur demonstratio quod sit syllogismus faciens scire.

17/53 Itaque demonstratio 1mo in demonstrationem a priori haec est quae ex causa demonstrat effectum et in demonstrationem a posteriori haec est quae ex effectu vel alio posteriori quomodocumque connexo demonstrat causam.

ut v. g. ex calore ignis, ex risibilitate rationalitas. ad demonstrationem a priori revocatur etiam illa quae dicitur quasi a priori, haec est quando aliquid demonstratur per terminum secundum convertibilem vel definitum per definitionem.
Dividitur demonstratio 2do in demonstrationem perfectam et imperfectam seu potissimam et non potissimam. potissima est in qua proprio demonstratur de subiecto ex definitione ipsius subiecti. v. g. omne rationale est admirativum: omnis homo est rationale: ergo omnis est admirativus. reliquae demonstrationes quas demonstratur effectus tantum ex causa mediata aut vilissima dicuntur demonstrationes imperfectae. 54
Dividitur 3tio: in mathematicam physicam et moralem; mathematica est, quae constat praemissis mathematice certis et evidentibus. physica est quae constat praemissis physice evidentibus et certis. moralis, quae constat praemissis moraliter tantum certis et evidentibus. 55

Articulus 3tius

De praecognitis et praecognitionibus

§1mus Quae sint praecognita demonstrationis et circa illa quid debeant praecognosci

Tria in qualibet demonstratione praecognosci debent primo subiectum, de quo aliquid demonstratur 2do praedicatum, quod demonstratur de subiecto. 3tio principia seu medium quod continetur in praemissis, ex quibus demonstratur praedicatum de subiecto. 56
Praeterea circa quodlibet obiectum duo possunt praecognosci nimirum, an est et quid est. quaestio circa an est versatur circa existentiam seu suppositionem obiecti: quaestio circa quid est versatur circa obiecti quidditatem sive essentiam: sic omnis, qui non est caecus habet de sole evidentiam circa an est, non tamen habet evidentiam circa quid est, cum varii varie de essentia solis sentiant 57
Dico 1mo: de subiecto debet imprimis praecognosci quid nominis et 58

aliquo modo quid rei. Ratio est, quia alias non posset demonstrari aliqua passio seu proprietas de subiecto, e.g. de homine nisi praecognosceretur, quid significatur per hoc nomen homo et quid sit homo ubi tamen nota non debet hominis praecognosci perfecte sed tantum imperfecte.

59 Dico 2do: de praedicato demonstrationis debet praecognosci quid nominis, et aliquo modo quid rei sit saltem imperfecte. Ratio fere est eadem, quod pro praecedente conclusione. Non tamen requiritur, ut praecognoscatur de praedicato an sit, hoc est an sit passio seu proprietas talis subiecti: hoc enim primum est demonstrandum.

60 Dico 3tio de principiis cognosci debet, quid nominis, et quid rei sit tale principium seu medium. Ratio est iterum eadem, quae prius fuit allata. Deinde debet etiam cognosci aliquo modo, an sint, hoc est, an detur connexio cum extremis, adeoque an detur veritas propositionis obiectiva, quia illa debet ostendi per praemissas et veris.

§3tius

Quales debeant esse praemissae demonstrationis

61 Indicat Aristoteles istas conditiones: dicit, quod praemissae debeant esse primo verae hoc est, conformes suo obiecto. 2do primo immediatae, et hoc notae: quod tres conditiones idem fere significant, immediatae non quasi debeant poni primo loco, sed quia non habent alias priores, per quas possint demonstrari a priori; et ob hanc ipsam causam dicuntur etiam immediatae. 3tio notae debent esse; quia nimirum ex sola notitia terminorum absque alio medio sunt notae, ita ut, modo consideratur subiectum et praedicatum eo ipso consequenter appareat connexio inter utrumque. 3tio debent esse notiores, priores et causa conclusionis. causae conclusionis debent esse non in eo sensu, quasi praemissae formales debeant physice causare conclusionem, sed in hoc sensu, quod obiectum praemissarum contineat causam obiecti conclusionis. Duplex a priori, praemissae obiectiva esse causa conclusionis

obtinend. imo in cognoscendo, qd̃ est r̃o cognoscendi obtũ cclusionis. dein essendo, qd̃ r̃o ista est ca. cclusionis siue physica siue metaphysica notiores vero et priores debent esse, nã ipsæ qd̃ sint ca. cclusionis, cã em debet ee notior et prior. Atq̃ debent ee universales et ncario universalem quidem, quẽnq̃ debent posse dici de oĩ, necessario, cc̃ tamen probatũ et scibile est ncario cnexũ ut p. g. hõ est anal rale Circa expositas modo cd̃tiones illud notand. qd̃ n. requirant nc̃ario ad quamcunq̃ demonstrationem perfectam, sed tm ad perfectissimam potissimã quales demonstrationes sunt admodum paucæ.

§ 3tius

An præmissæ sint certiores cclusione

Duplex est certitudo una dicit infallibilitatis altera adhæsionis 62
certitudo infallibis est necessitas seu determinatio actus adverum orta ex obto formali et lumine applicativo eiusdem, in quantũ scilicet actus nititur obto formali seu motivo ncario cnexo cum veritate obti materialis. Dividitur hæc certitudo in metaphysicã physicã et moralem metaphysica est, qd̃ actus p absolutam Dei potentiam n. potest ee falsus ut p. g. bis 2 sunt 4. physica est, qd̃ nãaliter n. potest esse falsus, ut p. g. hic ignis est calidus. moralis est qd̃ n. potest ee falsus iuxta ea qd̃ coẽr solent cntingere ut p. g. existit Roma
Certitudo adhæsionis est, de qua hic quæritur, qd̃ csistit in firma adhæsione, intellectus ad obtũ qd̃ obtũ affirmat, et ita quidem ut excludatur ois formido de opposito. Dividitur primo in prim. 63
intellectualem, qd̃ cvenit actui independ. a volunte, et provenit a lumine quodam evidente, ex qd̃ veritas ista proponitur intellectui, ita ut n. possit ullam formidinem admittere. Dividitur 2do in affectivam, qd̃ cvenit actui dependenter ab imperio voluntatis, atq̃ hæc adhæsio voluntatis si fit iuxta merita motivi est prudens et dicitur cstantia, si fit supra merita motivi, est imprudens et dicitur pertinacia, prout fit in hæreticis

64 Certitudini infallibilitatis opponitur fallibilitas actus, q[uae] in eo consistit, quod actus non obstante obiecto formali possit esse falsus, eo quod non habet necessariam ob[iecti] cum obiecto materiali. certitudini vero adhaesionis opponitur formido, qua quis formidat, ne forte resolvi se habebat. caeterum supponitur hoc loco certitudinem math: posse suscipere magis et minus hoc est, unam posse esse maiorem altera.

65 Dico primo alterutra praemissarum potest esse certior conclusione

probatur una ex praemissis potest esse mathematice certa et evidens altera vero praemissa et ipsa conclusio tantum probabilis, aut omnino falsa ut fit in hoc syllogismo omnis ambulans movetur Petrus est ambulans ergo etc.

66 Dico secundo utraque praemissa debet esse saltem aeque certa quam sit conclusio ut deducta ex praemissis, et potest utique utraque praemissa tantum aequari obiecto formali

probatur conclusio quae totius suae ut deducta ex praemissis habet totam suam certitudinem a praemissis, et quidem non obiective tantum sed ab utraque simul: quod non potest habere maiorem certitudinem quam praemissae. nemo enim potest dare quod non habet, neque potest nihil maiore certitudine esse certum, quae duo sunt idem inter se: quia sunt idem uni tertio, quam certius sit, quod sunt idem uni tertio.

67 Dico tertio utraque praemissa debet esse certior conclusione mere naturali ita plures auctores.

probatur auctoritate Aristotelis qui inxta quam certitudo conclusionis causatur ex certitudine praemissarum: quod praemissae sint certiores conclusione quia propter quod unumquodque tale illud magis tale; hoc est, causa propter quam res est, debet habere maiorem certitudinem. ut dictum axioma valeat, sunt observandae 4 tuor conditiones. prima est ut praedicatum in quo fit comparatio, utrique conveniat secunda ut hoc praedicatum suscipiat magis et minus, tertia ut comparatio fiat inter

relet dicta. 4ta, et potius, in qo fit comparatio uni conveniat pro-
ciso ratione alterius: qd conclusiones sunt propter praemissas et conclusionem repa-
raient, conclusionis ratio unica; qd finis magis amatur quam
medium est, quia medium amatur propter finem. qd etiam intellectus fir-
mius adhaeret praemissis quam conclusioni, quia huic adhaeret propter
illas.

§4tus.
Solvuntur obiectiones.

Obiectur 1mo contra 3tiam conclusionem intellectui non minus lumine naturali notum est, qd quaecunque sunt idem uni tertio sunt idem inter se, quam qd 68
haec duo sunt idem uni tertio: qd tam certus est circa obiectum in ordine
scilicet certo identitatem duorum inter se, quam circa obiectum sc.
scilicet identitatem eorum cum 3tio.

Resp. cons. ant. non consequentiam, quia ex ant. tantum sequitur qd detur tanta
certitudo consequentis, quanta datur certitudo praemissarum, non vero qd detur
etiam tanta certitudo consequentiae consequentis.

Obiectur 2do intellectus evidenter videt obiectum praemissarum esse idem 69
cum obiecto conclusionis, ita ut impossibile sit, unum potius esse verum, quam
alterum: ergo non est unum potius negare quam alterum: sed debet
utrique eadem firmitate adhaerere.
Resp. ad ant.: non consequentiam et suppositum, qd illa sit firmitas debeat ex-
plicari in ordine ad tale, compertitudine intellectus voluntatis
qua negaret unum potius, quam alterum, sed explicari debet ex
necessitate, et determinatione actus ad verum obiectum ex motivo formali
et lumine applicativo illius.
Dices: si obiectum praemissarum et conclusionis sit idem tunc eadem ne- 70
cessitate, qua datur verum, datur etiam alterum: qd eadem res respectu
utriusque erit certitudo.
Resp.: ant. dicto cons.: qd eadem res sit utrinque, datur certitudo obiectiva
c cons. datur eadem certitudo subiectiva non cons. certitudo obiectiva est
necessitas et determinatio actus ad verum orta ex obiecto necessario ita se
habente prout enunciat propositio, certitudo subiectiva oritur

ex motivo formali et luminis applicativo illius: ipsi actus ali-
quis liberi voluntati innititur certitudine obiectiva, quam alter
et tamen liber non certitudine obiectiva, ut patet in his actibus
Deus existit, et ego existo, prior actus liber est certitudine obiectiva
secundus tamen non certitudine subiectiva de qua posteriori nos loquimur

71 Obiectio 3tio si valet hoc axioma propter quod unumquodque tale,
illud magis tale, sequitur imo quod ignis producens ignem
sit magis ignis quam ignis productus. 2do quod lumen magis videatur
quam color, quia color videtur propter lumen, 3tio quod Deus
magis gratificet quam homo iustificatus, quia amat
regula haec est falsa: quod est.

Non omnes regulas, quia in illis non observantur conditiones, quas supra
ad dictum axioma requirimus, ac imo haec regula non: quia ignis
non suscipit magis et minus. Neque ob hanc conditionem, quia etiam
lumen et color non suscipiunt magis et minus conditionem, quia
productum in quo fit comparatio, non convenit propter gratiam
sanctificantem: gratia enim sanctificans non amatur a Deo amore
communi sicut homo iustificatus.

72 Obiectio 4to sequitur ex nostra sententia, quod, quando ex propositione uni-
versali infertur conclusio partis vel singularis, intellectus firmius
adhaereat universali, quam particulari, hoc est falsum, nam cum in
hoc syllogismo omnis homo currit, Petrus est homo: quod currit, firmius in-
tellectus quod omnis homo currat quam quod Petrus currat quod est.
Respondeo distinguo Maiorem: sequitur quod firmius adhaereat universali, quam parti-
culari vel singulari, si huic posterius assentiatur propter universalem
concedo Maiorem si non possit propter universalitatem sed ipsius propter
alium motivum nego Maiorem. et sic distinguo minorem non consequentiam.
sententia nostra loquitur de conclusione qua tali, seu deducta ex his
praemissis.

73 Obiectio 5to tanta certitudine adhaeret actus obiecto materiali

quando adhaeret obiecto formali, et exclusive quatenus adhaeret
obiecto formali est aeque certa ac praemissa: quod etiam M: probat
obiectum formale certitudinem suam transfundit in obiectum materiale
et ideo est idem in isto.
Respondetur negatur consequentia pro sensu ad obiectionem est: nam quamvis
obiectum formale totam suam certitudinem transfundat in obiectum materiale
etiam quod cum ipso realiter identificatur, quia
cognoscitur sub una ratione aut sub una ratione, quia est idem obiectum clarius
cognitione aut sub alia ratione.

§ 5tus

Quis sit et utrum ac quando utilis regressus demonstrativus.

Regressus demonstrativus est progressio non vitiosa, qua postquam 74
conclusionem aliquam probavimus per aliquod principium regredimur
ad probandum illud ipsum principium per eandem conclusionem: sic v.g.
demonstravit aliquis terram interponi inter lunam et solem per
principium, quod est effectus a posteriori videri eclypsin lunae, postea
vero ad demonstrandam eclypsin lunae per demonstrationem a posteriori
regrederetur ad hoc ipsum principium v.g. dicendo: quandocunque
interponitur terra inter solem et lunam, datur eclypsis lunae
sed nunc interponitur terra inter solem lunam, ergo etc.
Duplici modo fit hic regressus primo ita ut conclusio assumpta 75
pro principiis seu praemissa posterioris syllogismi non sit aliunde
nota nisi ex vi prioris syllogismi. Secundo quod conclusio assumpta
pro principiis seu praemissa posterioris syllogismi sit aliunde,
et aliis modis magis nota, quam ex vi prioris syllogismi
primus regressus vocatur uniformis, formalis, proprius, et hic

requiritur ab auctoribus est utilis ad aliquid demonstrandum;
quia requirit ut illud sit certior et minus certus
evidentiori. alter vero vocatur discursus materialiter impro-
prius, et hic aliquid utilis, cum ipsis ille utatur quando
ex eo quod planetae non scintillent demonstrat quod sit prope nos
ex hoc ipso quod sit prope nos demonstrat deinde per regressum
demonstrativum quod non scintillent.

Articulus 3tius
De Scientia
§1mus
Quid et quotuplex sit Scientia.

76 Scientia hic non sumitur late pro quacunque cognitione sed pro cognitione
certa et evidente rei per causam propter quam res est et non
contingit aliter se habere. ad quam cognitionem requiritur primo
ut sit cognitio certa tum ex parte obiecti, tum ex parte subiecti
per quod differt ab opinione, quae semper est coniuncta cum
formidine. 2do ut sit evidens, per quod differt tum
ab opinione et ab actu fidei, qui licet sit certus tamen non
est evidens sed obscurus. 3tio rei per causam, per quod differt
ab aliis cognitionibus certis et evidentibus sed immediate ut extrema
connexa etc. Ex scientia actuali provenit scientia habitu-
alis, quae est facilitas inclinans intellectum ad cognitiones certas
et evidentes rei per causam, alia est practica alia speculativa, de
quibus infra in disputatione logica.

§2dus. An detur
Scientia et quidem de novo.

77 Dico 1mo datur scientia. ita communiter contra veteres academicos po-

candes nullam dari sciam sed omnia esse incerta ac dubia.
Probatur imo dari cognitio certa et evidens rei per causam ut constat
ab experientia leter [?] abstractis mathematicis quod dari sciam.
Probatur 2do. V veteres academici sciunt se nihil dare sciad non
sciunt, si sciunt, quod datur scia, si non sciunt quod stulte atque
impendanter pronunciant cum omni sensui ac professioni. etc.

Dico 2do datur scia de novo acquirenda rursus contra Platonem 78
Pythagoram qui admittebat quidem sciam, negabant tamen eam acquiri
de novo, sed volebant esse meram reminiscentiam, docebantque
animam humanam a Deo extra corpus creari cum perfecta rerum omnium
notitia, dum vero corpori infusa rerum omnium oblivisci donec
sensuum ope ac studio earum species ac memoriam denuo excitet.
Probatur, quod sententia haec proter hoc, quod sententia haec supponat totam
quod est contra fidem.
Probatur etiam ex eo, quia non habemus sufficiens fundamentum rem 79
adeo inusitatam asserendi, ut patebit ex solutione obiectionum
praeterea, si omnis scia esset mera reminiscentia deberemus posse
meminisse non solum tamen ipsarum rerum sed etiam cognitionum quas ali-
quando habuimus sed hoc non experimur ergo etc.

§3tius
Solvuntur obiectiones.

Obiicitur imo contra immaginationem omnis nostra scientia dependenter 80
a sensibus, sed nulla datur certa cognitio; quia sensus fallunt
iudicant enim remum aquae immersum esse fractum etc.
Respondeo: n[?] concedo, casus additur. Distinguo sensus falluntur quoad
unum vel alterum actum unius tantum sensus, et ita quidem non possit
corrigi ob intellectu concedo; falluntur quoad multitudinem
uniformium actuum omnium sensuum idem repraesentantium et ita non
possint corrigi ob intellectu nego. licet enim oculus iudicet

ramũ aẽ fractũ, tũ aliĩ sensy deprehenderunt gtrariũ.

81 Obtz 2do sæpe deprehendimy nos errasse, qdo putabamy nos scire
qo semper possimy semper prudenter dubitare an ñ decipiamur
Rio retorqdo: sæpe putamy nos vigilare qdo dormimy
qo possimy semper dubitare an ñ dormiamy
Rdo cont n conc; sicut em evidenter aliqñ certificor
qdo actu vigilo, quã qdo puto me tm vigilare, ita aliqñ
certificor a scia vera, aliqñ a putabilitia, ut qualabt
sbt a propria scia.

82 Obtz 3tio gtra eadm gclusioẽ, si qis ex puero v rustico
quæreret aliqas veritates geomethricas responderet admi-
cta admodũ bene, et dicet e.g. duo et tria facere 5
et ablatis 2, manere adhuc 3 etc: qd signũ ẽ qd aim
ante habuerit notitiã et species illarũ veritatũ, et nunc
tm recordetr.
R dstdo ant: Rdebit bene de iis, qæ st difficiliora
et magis abstrusa n ant: qæ st facilia et lumine nat
nota c ant et n cons.

83 Obtz 4to: si deberet scia de novo obtineri hæc acquiri
pr dstratioẽ ex principiis: sed hoc ñ pt fieri, quia
hæc principia deberent iterũ pr alia dstrari et sic
in infinitũ
Rc M negdo m: ad ratioẽ additã dico, hæc principia
esse per se nota et sicut a nemine prudenter negantur
ita nequ egent probatione

84 Obtz 5to: si acquiri posset scia de novo, tunc illa:
ty illã acquireret v a se ipso v alio e.g. magistro
ñ a se ipso; quia ñ pt dare sibi qd ñ hbt, ñ a ma:
gistro: quia hic ñ pt agere in intellectũ discipuli
neque scia magistri pt producere sciã sibi similem in

discipulo quo ad.
R. n. m. et dico, Aquirit illa acquiritur tum a se ipso tum a magistro, a se ipso quidem in quantum dependet a sensibus acquisitis rerum speciebus; et una cum his ratione addita dicto non est dare quod non habet adaequate et formaliter n. quod non habet inadaequate et virtualiter sub dicto non est dare se solo c. una cum alio sicut cum speciebus rerum n. a magistro a est aliquis acquirere scientiam in quantum est magister explicare verbis aut aliis signis, quod dein in audiente excitet species et grataque simile illi, quod datur in magistro ratio addita dicto, magister non est agere in intellectu discipuli immediate c. mediate ac directive n. sicut nunquidem etiam homo, quod ignem stuppae applicat est causa combustionis licet non immediata s. hoc enim est ignis, est tamen causa saltem mediata

Obj. ultimo si scientia acquireretur de novo, tunc is, qui quaerit aut invenit veritatem aliquam vel id, quod aliter istam novit vel non novit. si novit: quod non datur scientia de novo: si non novit: quod neque nunc poterit agnoscere, etiamsi talis veritas ultro occurrat, ut si quis hominem fugitivum quem antea non novit quaerat, etsi hic quaerenti ultro occurrat, tamen non agnoscet illum ut hominem quem quaerit. quod. 851
R. ad n. m. et dico: veritates aliquas iam notas antea posse dein cognosci clarius et magis distincte ac scientifice, discursusque alias veritates prius non notas posse ultro intellectui occurrere et sic has ipsas eidem manifestari ad instar de homine fugitivo dico: istum posse a quaerente agnosci, si ille se ultro manifestet quaerenti.
Ceterum illud lubens concedo scientiam qualemcunque demum nil omnino prodesse, imo et plurimum obesse, nisi ad 8 P.

illuc tendat, q. vis sciē principiū ac finis Deus nempe
ad cuius Maiorē gloriā ubi hunc de arte sciendi
tractatū inchoavimus ita et modo eidē imponimus
finē.

Pridie calendas Junii absolvimus.

Donat

o mi Deus
ego amo
~~te im~~

Laus Deo Semper.

Tuba ~~mirum~~

Io Manat Io fLVVIVS D
1760

Io Placide optatas mitte pectore voces
Quam modo fraterno suscipias animo